



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 11. De euitatione excommunicati nominatim denunciati, aut notorii
percussoris Clerici, vel Monachi,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

distinct. 6. §. Laboret, sub finem, eundem excommunicatum magis peccare non vitando alios, quam hos non vitando ipsum contra Ecclesiæ prohibitionem. Ratio est quæ habetur in cit. cap. IIId: quia propter proprium delictum, & in penam illius obligatur vitare alios: hi vero non in penam sui delicti; sed ipsis excommunicati tenentur eum vitare. Adde ex iisdem, fieri posse ut carteri cum eo conuerserunt sine peccato, plecto tamen non excusetur à peccato; quia non est ei sicut illis facta potestas conuersandi, quantumcumq; occultus sit. Verum tamen conuersando peccat solum venialiter, ex Caet. in verbo Excommunicatio, cap. vltim. vers. Vbi scito: quia cum preceptum Ecclesiasticum excludat excommunicatione, cum direcione fidelium, prout fideles sunt: & per quandam tantum extensio nem, & quasi consecutione à excommunicatione ipsorum, prout homines sunt, communis fidelibus cum infidelibus: ille se ingerens huic posteriori communioni, quam nomine coniugationis humanae significamus, censemur tantummodo agere præter inhibitionem Ecclesiæ, & ideo peccat solum venialiter: quæ ratio sumpta est ex D. Thom. in 4. distinct. 18. quest. 2. art. 4. questione 3. ad secundum.

Sunt etiam aliquot casus in quibus excommunicatus conuersando cum aliis fidelibus, non peccat, quos in eodem cap. 22. §. I. Vgolinius persequitur. Primus est, cum conuersatur procurando suam absolutionem apud Superiorum. Ecclesia enim non negat illi conuersationem per quam à contumacia exeat. Secundus est, cum probabiliter ignorat se excommunicatum esse: talis enim ignorantia, vt à peccato, sic & à pena peccati excusat. Tertius est, cum premittat necessitate excusante, qualis est famis, cum scilicet non habet vnde vivat; ita ut ab aliis petere, & accipere debeat victum: aut qm morbo premitur, ideoq; indiget medicinis, & medici opera: aut quando vocatus est in ius, & respondere cogitur. Ratio autem est, quod necessitas faciat licitum id quod non est legatum, ex cap. 4. De regulis iuri. Quartus casus est, cum iij cum quibus conuerterat, non sunt Christiani. Nam à fideli tantum communione, vt bene memoratus author ostendit, excommunicatio separat; vnde conuersatio cum infidelibus relinquitur ei perinde libera ac ceteris.

Iam cur fidelibus permitatur potius cum infidelibus communicatio quam cum excommunicatis, idem author in sequenti cap. 23. in initio numer. 9. rationem hanc adfert, quod si illi, qui sunt extra Ecclesiam, ad conuersationem non admittantur, neque ad illam attrahentur. Excommunicati vero, illam iam ingressi, sed in illa membra putrida per suam contumaciam effecti, tanquam refecti à reliquis membris per excommunicationis gladium, repelluntur à conuersatione.

QUOD VERO attinet ad obligacionem quam ceteri habent ipsum vitandi. Antiquo iure quidem per plures canones (eos refert Vgolinus in principio memorati cap. 23.) statutum est, vt siue excommunicatus, siue excommunicatione à quo quis qui eum tam sciret, vitari deberet, etiam si non esset denunciatus, aut notorius. Atque vitari publice ab eo qui excommunicatum esse sciret, publice secrete vero ab eo qui sciret secrete, iuxta totum est pressum in cap. Cum non ab homine, De sententia excommunicati. Idque ex Panorm. ad idem cap. num. 3. siue à iure, siue ab homine excommunicatus esset: item siue mentis compos, siue mente captus esset, & effectus furiosus; cum illius eadem sit ratio, ac sotipi somno, prout docet loco citato Vgolinus num. 6. Qui et addit in seq. num. 8. siue viuus esset, siue mortuus: quia in cap. Sacris, De sepulturis, prescribitur vt quibus non communicamus viuis, non communicemus defunctis. Sed enim per Concilij Constantiensis constitutionem, quæ incipit; Adeuitanda, illius generale statutum restrictum est ad excommunicatum denunciatum nominatum, & ad notorium Clerici per custodem.

Quamquam co quod illa ipsa constitutio (prout præ se ferunt hæc eius verba; Prætextu cuiuscumque sententia, aut censura Ecclesiastica, à iure, vel ab homine generaliter promulgata) loquitur de excommunicato generaliter, id est, de eo qui incurrit sententiam excommunicationis latam generaliter; controvergia. Et, quam proponit, sed non satis dirimit Couar. ad cap. Alma mater, 1. par. §. 2. num. 7. illustratione 4. num.

vitari etiam debet is qui scitur esse specialiter, seu nomination excommunicatus, antequam ipse denunciatus sit publice, vt siue enit cum citatus sub pena excommunicationis late sententia ob contumaciam non comparendi, aut non parendi, incurrit in talem excommunicationem, neendum est per Iudicem denunciatum excommunicatus. Atque Adrianus in 4. De confess. dub. 9. putat eum vitari debere quia cum indulgeatur tantum communicatio cum excommunicato generaliter, aut denunciato nominatum, aut non notorio Clerici percussores; ius antiquum est retinendum circa specialiter, seu nominatum excommunicatum, etiam si non denunciatur.

Sed Caet. in verbo Ab solutio, vers. Ab solutionis impedimenta, & in verb. Excommunicatio, cap. vltimo, vers. Excommunicatio minor, ppter notorium Clerici percussorem nullum alium ponit vitandum, quam nominatum excommunicatum publice: & Nauar. in Euch. cap. 27. n. 93; in fin. aperte docet, b specialiter excommunicationem, excommunicatum vitandum non esse, nisi sit denunciatus. Idem dixit ante eum Cosmas in pragmatice sanctione, tit. De excommunicatis non vitandis, & post eum Henriquez alias adhuc citans in 1. par. sue summa lib. 13. cap. 5. §. 1. Arque id ipsum Nauar. ex professo confirmat, De penitentia, dist. 6. cap. 1. §. Laboret, num. 23. Ratio præcipua est, quod fere omnium vius habeat, neminem ob excommunicationem etiam speciatim in eum latam vitare, donec denunciatur. Consuetudo autem est optima legum interpres, cap. Cum dilectus, De consuetudine. Et quamvis verba memoratae constitutionis videantur ad solam generalem excommunicationem pertinere; interpretatione tamen eius, vt idem author recte ait, ad speciale extendi potest, cum instituta sit ad viranda timoratarum conscientiarum scandalorum; quibus perinde specialis, ac generalis excommunicatione potest esse occasio.

Quod vero in eadem constitutione dicitur, censura Ecclesiastica, aut sententia à iure, aut ab homine generaliter promulgata; sic optimè explicari potest, vt generaliter dicatur pro vindicatur, seu quæcumque illæ sint, nulla demptar: nisi fuerit à iudice publicata, aut lata in notorium Clerici percussorem, vt in eadem constitutione excipitur. Iam congruent prædictis, posteriore Caetani, & Nauarri sententiam sequuntur ad plenam intelligentiam eius quod statuit de nominatum denunciato & notorio Clerici percussore uitando; deinceps expomemus. Primo, quedam dubia de eadem uitatione: deinde trademus quænam sint illa in quibus prohibemur cum talibus excommunicatis communicare; & postremo quænam sint illa, quæ possunt nobis reddere licitam communicationem cum iisdem.

C A P. XI.

In quo exponuntur dubia quædam de uitatione excommunicati nominatum denunciati, aut notorio percussores Clerici.

S V M M A R I V M.

- 59 Explicatio difficultatis, siue semper vitandus is, qui scitur esse excommunicatus non toleratus ab Ecclesia.
- 60 Vitandus est excommunicatus, qui viri grauius testimonio, aut ex publica fama cognoscitur denunciatus.
- 61 Vitandus est excommunicatus, qui se denunciatus fassus est extra sacramentalem confessionem; non autem qui solum modo in tali confessione.
- 62 Quatenus excommunicatus in una diocesi denunciatus, debet in alia vitari.
- 63 Obiectio cum solutione.
- 64 Prelati inferiores Papa tenentur vitare excommunicatum quem ipsi denunciarint, & quid de ipso Papa.
- 65 Quatenus vitari debet is de quo dubitatur an sit denunciatus.

PRIMM DUBIVM ET; an eum quem scimus esse nominatum denunciatum, aut notorium percussorem Clerici, teneamus semper vitare: vt verbis gratia: si post annū videam illum, quem sciui denunciatum esse: Ad quod respon-

59.

detur cum Palud. in 4. dist. 18. quæst. 6. art. 2. & Adrian. in 4. item, De chyib. questione 3. ver. Septimæ exceptio, Nauar. in Enchirid. cap. 27. num. 36. in princ. plo, nos teneri vitare in omnibus quibus ipsum priuari habitum est hactenus; donec constet nobis de absolutione. Id quod aperte probatur ex cap. Sicut nobis, De sentent. excommunic. Et procedit quantumcumque ipsum omnino peniteat contumacia, & satisficeri parti, atque adeo sublata sit causa, propter quam excommunicatus est: quia sola abolutione excommunicatio tollitur, non autem satisfactione, vt plurimum Doctorum auctoritate Vgolinius habet De censuris tab. 2. cap. 23. initio, n. 2. Pro quo est textus in cap. Cum desideres, De sentent. excommunic. § fin.

Iam, vt cencifatur nobis constare de absolutione, sufficere potest quod vnuus aut alter vir gravis & fide dignus a firmo illam datam esse: quia id sufficit ad moralem certitudinem: neque sufficere, quod excommunicatus se absolutum dicat, nisi id probet, prou latius tractat Vgolinius in seq. num. 7. habetur ex cap. Sicut nobis, De sentent. excommunic. illis verbis, nisi excommunicati à te super absolutione sua literas nostras, vel illius cui vices nostras in hac parte commiserimus, reportauerint, aut alio modo legitime de illorum absolutione tibi constiterint; ut ipsos pro excommunicatis, habeas vt priuili, & facias euitari.] Hac tibi. Veruntamen in foro penitentiali pro se ac dñe loquenti penitentem credendum est: ex recepta sententiâ, pro qua ibidem auctoritates, & rationes Vgolinius adferit.

S E C U N D U M D V B I V M E S T; an eum quæm publica fama, aut viri aliqui graues testantur esse nominatum denunciatum, tenemur vitare? Ad quod respondentum est cum Palud. loco citato, col. 3. & D. Anton. 3. part. tit. 25. cap. 1. §. 1. quod etiam ex Hostiensi habet Vgolinius in cit. cap. 25. §. 10. num. 1. nos teneri cuitare; atque adeo veritatem inquirere; nec ante desistere ab euitando, quam redditum sumit certi. Ad hoc facit, quod per famam se tantum se excommunicatum esse sciens debet gerere se pro excommunicato, ex cap. Illud, §. Licet autem, De Clerico excommunicat. ministrante, & ex cap. Cum desideres, §. Secunda questioni, De sentent. excommunic.

Iam si coniecturas habeamus probabiles, falsam esse talen famam, vt v. g. quod sparsa sit ab æmulis eius qui fertur denunciatus, aut ab hominibus non adeo fide dignis, vel vivos illos graues deceptos suis; tun ab aliis; scrupulus posterius cum eo de quo agitur communicare, vt ibid. ait Palud. cuius subscriptus Sylus, in verbo Excommunicatio s. n. 4. & 28. Idemque dicendum est, vt post Panor. habet Couar. ad cap. Alma mater, 1. par. §. 2. n. 6. & post vtrumq. Vg. lin. in supra cit. §. 10. n. 1. cum is qui scriebatur denunciatus, communiter habetur pro absoluto, aut verosimile est absolutum esse; vt cum est vir integrus vita, & anima sua cura in genere, lögumq; tempus effluxit ex quo excommunicatus fuit.

T E R T I U M D V B I V M E S T; An dñe beat quis vitare, si extra confessionem, in secreto tamen, dixerit alium se nominatum denunciatur, aut notorium per affectum Clerici, ne-
dum absolutum; vt fieri potest si roget pro se geri aliquod negotium quod per se non potest, quod sit nominatum denunciatus? Ad quod respondetur cum Palud. loco citato, & Sylvest. in memorato numer. 28. vitari debere; ne, inquit Sylvest. detur ei occasio ingerendi se communioni aliorum contra iura; debere, inquam, occulite, ac quam comode fieri potest, sine scandalo. Quod si in confessione id dixerit, & Confessarius nesciat aliunde, is non tenetur; mo non potest licite illum vitare, ne quidem occulite, iuxta D. Anton. loco citato, & Sylvest. in eod. num. 28. quod quidem Couar. recte tractat ad cap. Alma mater, 1. par. §. 2. num. 3. Ratio vero est, tum quia sigillum confessionis, omnium maximum, id ipsum exigit; tum quia excommunicatio cum feratur in foro exteriori, patet fieri debet per affectum exteriorum. Actus vero confessionis qui in foro exteriori fit Deo, etiam si fiat coram Sacerdote, non patet fieri exterior excommunicationem sufficienter ad hoc, vt obligatio euitandi sequi sensatur.

Q U A R T U M D V B I V M E S T; An illum quem scimus in una diocesi suffisse nominatum denunciatum, & ne amur euitare in alia? Ad quod respondetur cum Sylvestro in eodem verbo, num. 26. & Couar. ad cap. Alma mater, 1. part. §. 3.

num. 2. tecleri; exceptio quod ubi communiter ignoratur fuit se denunciatus, occulite solutummodo vitari debet, nisi forte apud te habeas instrumenta, aut testes, quibus facile possit probare excommunicationem, & eius denunciationem; tunc enim teneris, si nihil leorum, de quibus in sequenti cap. 12. te excusat, illum publice etiam vitare; vt iidem authores ex eo docent, quod Ecclesia nullam cum excommunicatione denunciata communionem interdat excludere, per Extrangag. Ad euitanda.

Nec est, quod quis obiiciat Prælatum alterius diocesis in qua facta est denunciatione, non potuisse obligare cilios, qui sunt extra illam diuersam diocesim. Nam, vt bene argumetur Gabrielin 4. dist. 18. quæst. 3. litera 7. lex de vit. modo nominati denunciato, viam & auctoritatem habet a Papa, qui obligare potest ubique, & omnes; quacumque dignitate, siue Eccl. letatistica siue laica polleant, iuxta cap. Solita, De majoritate & obedientia.

Adeo vt quilibet Prælati inferiores Papa eos etiam quos ipsi non nominatum excommunicatos denunciauerint, teneantur vitare; perinde ac ceteri, ex cap. Cum desideres, De sentent. excommunic. §. Secunda questioni; peccatumque minoris excommunicationis incurrit cum illis communicando, iuxta Sylvest. in verbo Excommunicatio s. n. 10. in fine, Palud. in 4. distinct. 18. quæst. 6. art. 2. sub finem, & Couar. in cit. §. 2. num. 2. De Papa vero notat Sylvest. in eod. n. 10. ipsum non incurrire quidem minorem excommunicationem participando cum excommunicato nominatum denunciato; quia talis poena est iuri Ecclesiastici, cui ipse non subiicitur; peccare tamen, quia is quem ob contumaciam Ecclesia vitandum esse publica sententia statuerit, sicut ethnicus & publicanus habendus est Christi precepto, cui Papa subiicitur. Quaenamque si ipsa participatione intendat excommunicationem absoluere, quia coipso vere absolvit, cum non sit adstrictus formæ absoluendi prescripçia à iure, sunt sunt Episcopi, vt bene ibidem ait Palud. nullus tunc est peccati locus, vt patet. Aduerte obiter cum Vgolino tabula 2. cap. 23. in principio, num. 5. ver. 8. Romanum Pontificem non censi excommunicatum conuerfando cum eo, nisi id exprimat speciatim, ex Clementina finali, De sentent. excommunic. Adverte etiam ex eodem præced. num. 3. priuilegium, quod Summis Pontificis dederit communicandi cum excommunicato, non valere, nisi interueniente iusta causa: sicut nec dispensatio in oto valet data sine causa: quia vita eum quem vt contumacem Ecclesia statuit vitandum, iuris diuini est, per illud Christi: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Q V I N T U M D V B I V M E S T; An teneamur vitare eum, de quo dubiamus an sit denunciatus? Ad quod respondet Adrian. in 4. L. clauibus, quæst. 3. & quodlibeto 2. pag. s. xta, teneri, si id præstat possumus sine ignominia & præjudicio ipsius; alias non. Quid etiam Vgolinius Nauartum & lacubum à Graphis citat, tenet in memorato cap. 23. §. 10. num. 2. Suarez autem tomo 5. in tertiam partem, disput. 15. sct. 3. num. 4. & aliquot sequenti bus, contrarium probabiliter sequitur. Quid accoomplitus est ad retinendam conscientię tranquillitatem.

C A P V T X I I I

De iis in quibus conversatione humana ob excommunicationem prohibetur.

S V M M A R I V M

- 66 Quæ ex parte iudicij ob excommunicationem prohibeantur.
- 67 Pertinentia ad contractum, vel testamentum, ob eandem prohibita.
- 68 Prohibetur locutio cum excommunicato.
- 69 Item, ei exhiberi signa pacis, & munera mittere.
- 70 Prohibita excommunicato communicatio in diuinis tum aliis.
- 71 Quid agendum sit si excommunicatus non toleratus Ecclesiam ingrediatur cum diuina celebrantur.
- 72 Nolens exire incurrit nouam excommunicationem, & pre-